

FIRST SUNDAY AFTER EPIPHANY

Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT

In excélsio throno vidi sedere virum, quem adorât multitúdo Angelórum, psalléntes in unum: ecce, cujus impérii nomen est in ætérnum. (Ps. 99: 1) Jubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In excélsio throno vidi sedere virum, quem adorât multitúdo Angelórum, psalléntes in unum: ecce, cujus impérii nomen est in ætérnum.

COLLECT

Vota, quæsumus, Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte prosequare: ut et, quæ agénda sunt, vídeant, et ad implénda, quæ víderint, convaléscant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 12:1-5

Fratres: Óbsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum. Et nolíte conformári huic sæculo, sed reformámini in novitate sensus vestri: ut probétiis, quæ sit volúntas Dei bona, et benéplacens, et perfécta. Dico enim per grátiam, quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos: Non plus sápere, quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem: et unicuique sicut Deus divisit mensúram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúndem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alteríus membra: in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 71: 18, 3

Benedíctus Dóminus, Deus Israël, qui facit mirabilia magna solus a sæculo. Suscípant montes pacem pópulo tuo, et colles justítiam.

LESSER ALLELUIA Psalms 99: 1

Allelúja, allelúja. Jubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúja.

GOSPEL Luke 2: 42-52

Cum factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummátisque diéibus, cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognóverunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos et notes. Et non veniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis eius. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce, pater tuus et ego doléntes quærebámus te. Et ait ad illos: Quid est, quod me quærebátis? Nesciebátis, quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Názaresh: et erat súbditus illis. Et Mater ejus conservábat ómnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia et ætáte et grátia apud Deum et hómines.

OFFERTORY Psalms 99: 1-2

Jubiláte Deo, omnis terra, servíte Dómino in lætítia: intráte in conspéctu ejus in exsultatióne: quia Dóminus ipse est Deus.

SECRET

Oblívum tibi, Dómine, sacrificium vivíficet nos semper et múniat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE EPIPHANY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Quia cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis apparuit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Doinatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Luke 2: 48-49

Fili, quid fecisti nobis sic? ego et pater tuus doléntes quærebámus te. Et quid est, quod me quærebátis? nesciebátis, quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse?

POSTCOMMUNION

Súplices te rogámus, omnípotens Deus: ut, quos tuis réfícis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Upon a high throne I saw a man sitting, Whom a multitude of angels adore, singing in unison: Behold Him, the name of Whose empire is forever. (Ps. 99: 1) Sing joyfully to God, all you lands; serve the Lord with gladness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Upon a high throne I saw a man sitting, Whom a multitude of angels adore, singing in unison: Behold Him, the name of Whose empire is forever.

O Lord, we beseech Thee, in Thy heavenly goodness, hear Thy suppliant people; that they may both perceive what they ought to do, and have the strength to fulfill what they have seen. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: I exhort you, by the mercy of God, to present your bodies as a sacrifice, living, holy, pleasing to God - your reasonable service. And be not conformed to this world, but be transformed in the newness of your mind, that you may discern what is the good and acceptable and perfect will of God. By the grace that has been given to me, I say to each one among you: let no one rate himself more than he ought, but let him rate himself according to moderation, and according as God has apportioned to each one the measure of faith. For just as in one body we have many members, yet all the members have not the same function, so we, the many, are one body in Christ, but severally members, one of another, in Christ Jesus, our Lord.

Blessed be the Lord, the God of Israel, Who alone does wondrous deeds. The mountains shall yield peace for the people, and the hills justice.

Alleluia, alleluia. Sing joyfully to God, all you lands; serve the Lord with gladness. Alleluia.

When Jesus was twelve years old, they went up to Jerusalem according to the custom of the feast. And after they had fulfilled the days, when they were returning, the Boy Jesus remained in Jerusalem, and His parents did not know it. But thinking that He was in the caravan, they had come a day's journey before it occurred to them to look for Him among their relatives and acquaintances. And not finding Him, they returned to Jerusalem in search of Him. And it came to pass after three days, that they found Him in the temple, sitting in the midst of the teachers, listening to them and asking them questions. And all who were listening to Him were amazed at His understanding and His answers. And when they saw Him, they were astonished. And His Mother said to Him, Son, why hast Thou done so to us? Behold, in sorrow Thy father and I have been seeking Thee. And He said to them, How is it that you sought Me? Did you not know that I must be about My Father's business? And they did not understand the word that He spoke to them. And He went down with them and came to Nazareth, and was subject to them; and His Mother kept all these things carefully in her heart. And Jesus advanced in wisdom and age and grace before God and men.

Sing joyfully to God, all you lands; serve the Lord with gladness; come before Him with joyful song. Know that the Lord is God.

May this sacrifice that we offer Thee, O Lord, ever give us new life and protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; for when Thine only-begotten Son was manifested in the substance of our mortal flesh, with the new light of His own Immortality He restored us. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Son, why hast Thou done so to us? In sorrow Thy father and I have been seeking Thee. How is it that you sought Me? Did you not know that I must be about My Father's business?

O Almighty God, grant, we humbly beseech Thee, that those whom Thou dost refresh with Thy sacrament may also worthily serve Thee in a way that is well pleasing to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.